

L. Moulinier-Brogi. Quelques listes d'urines

*Maurus Salernitanus (†1214), *Regulae urinarum* :

« Albus est sicut aqua clara, Lacteus est sicut serum lactis, Glaucus est sicut cornu lucidum album [...], Karopos est sicut color pilorum camelorum, Pallidus est sicut succus carnis semicocte, Subpallidus idem remissus, Citrinus est sicut color citri, Subcitrinus idem remissus, Ruffus est sicut color op[t]imi auri, Subruffus idem remissus, Rubeus est sicut color sanguinis, Subrubeus idem remissus, Rubicundus est sicut color croci, Subrubicundus idem remissus, Inopos est sicut vinum perturbatum, marcidum et nigrum, Kyanos est sicut color pulveris qui fit ex albo et nigro colore, Viridis est sicut color cauli vel porri, Lividus est sicut plumbum, Niger est sicut cornu lucidum nigrum »¹. (« Le blanc est comme l'eau claire, le lacté est comme le sérum du lait, le glauque est comme une corne blanche brillante, le *karopos* est comme la couleur des poils des chameaux, le pâle est comme le jus d'une viande à moitié cuite, le « sous-pâle » est le même en moins soutenu, le citrine est comme la couleur du citron, le citrine pâle est le même en moins soutenu, le roux est comme la couleur du meilleur or, le roussâtre est le même en moins soutenu, le rouge est comme la couleur du sang, le rougeâtre est le même en moins soutenu, le rubicond est comme la couleur du safran, le vermeil (« rubicond pâle ») est le même en moins soutenu, l'*inopos* est comme un vin trouble, tourné et noir, le *kyanos* est comme la couleur de la poudre qu'on obtient en mélangeant le blanc et le noir, le vert est comme la couleur du chou ou du poireau, le livide est comme le plomb, le noir est comme une corne noire et brillante ». notre traduction).

*Egidii Corbolensis *De urina, cum commento metrico*, ms. Roma, Biblioteca Angelica, 1338, (XIV^e siècle), fol. 3v :

« urinarum colores sunt 19 sed secundum Egidium sunt 20 : albus, lacteus, glaucus, karopos, pallidus, subpallidus, citrinus, subcitrinus, ruffus, subruffus, rubeus, subrubeus, rubicundus, subrubicundus, inopos, kyanos, viridis, lividus et niger ».

**Livre des orines*, ms. London, British Library, Sloane 3525 (XIV^e siècle) :

« Color d'orine blanche est comme eve pure, est en latin latinie (?) come let cler la[c]ine, jaunice come cor (?), cler perse come poil de chamoe, pale come le jus de char demie crue, suppallidus un pou plus remise. Citrinus est de tel color come pome grenate. Succitrinus est un pou meins colorée ; rufus de tel color come ors purs ; subrufus de tels colors come ors naient purs ; rubeus de tele color come saffran d'Orient ; subrubeus de tel color come safran de cortil. Rubicundus de tel color come pur sanc ; subrubicundus de tel colore come garance ; sinopos de tel color come noir vin ; kyanos noir come porpre ; verz come la foille de chol. Lividus si come plon »².

*Albert de Montpellier, *De urinis*, ms. Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Ashb. 217 (XV^e siècle), f. 25 :

« Cap. 1 de colore nigro ; Cap. 2 de livido colore ; Cap. 3 de colore albo ; Cap. 4 de urina exiens/existens in colore glauco ; Cap. 5 de urina pallida ; Cap. 6 de urina existente in colore citrino ; Cap. 7 de colore in urina ruffo vel subruffo ; Cap. 8 de urina exiens in colore rubeo ;

¹ Maurus Salernitanus, *Regulae urinarum*, éd. S. De Renzi, *Collectio salernitana*, III, Naples, 1854, p. 2-51, p. 6.

² Cité par P. Meyer, « Manuscrits médicaux en français », *Romania*, 44, 1915-1917, p. 161-214, p. 196.

Cap. 9 de urina existens in colore inopos et kianos ; Cap. 10 de urina existens in colore viridi. »³

*Michele Savonarola (†1468), *De urinis summa* :

Sur le nombre de couleurs de l'urine :

« Et sic patet, quod omnes colores urinae notati medii, scilicet cum extremis, sunt XXVI. Et licet ita sit, tamen plures reperiuntur, vel plures reperi possunt colores inter hos medianes, quorum numeratio esset nimirum fastidiosa, et ad practicam non multum necessaria »⁴.

[...] « tamen color est magis notus medico quam substantia, nam color urinae dividitur in XX gradus, substantia vero solum in quinque. Item color universalis, ut sic, et melius a medico comprehenditur, quam substantia, cum sit objectum visus proprium, substantia vero per accidens »⁵.

Liste des couleurs :

« Albus dicitur, qui aquae, nivi aut crystallo assimilatur.

Lacteus vero, qui sero similis existit, a primo parum distans.

Glaucus autem, qui cornu albo lucido, vel corneae tunicae oculorum huic cornu comparantur.

Karopos, qui cinericio colori assimilatur, vel quia vellerum ad albedinem tendentium colori comparatur, et in vulgari nostro dicitur *beretin* multo chiaro, sive color asini habentis pilos ad albedinem tendentes.

Subpallidus, qui iuri carni semicoctum similis existit.

Palearis, qui colori paleae frumenti, ex qua extrahitur de novo granum similatur. Vel ut Rasis 10 Almans. Qui colori aquae, in qua decoctae sint paleae. Alii vero colori paleae hordei, sed primas expositiones magis laudo.

Citrinus, qui est paleari intensior assimilatur colori citri, aut porri citrini, ut supra.

Citrinus, intensioris citrinitatis est, qui est intensior citrino, ut est metrum, et assimilatur pomo arancii non valde citrini.

Flavus, qui assimilatur colori castanearum non bene maturarum ; et dicitur castaneatus, et intelligitur de colore castanearum mundatarum a corticibus suis.

Rufus, qui est valde citrinus, tendens ad aliqualem albedinem, cuiusmodi est color cerei dulcis et maturi ; qualis color quandoque reperitur in auro, tendente ad rubedinem, quandoque in pilis leonum, equorum.

Citrangularis, qui colori citri tendentis ad rubedinem, vel valde rubei.

³ Médecin inconnu, auteur d'un *De urinis* dont E. Wickersheimer, dans son *Dictionnaire biographique des médecins en France au Moyen Age*, recensait 4 témoins du XV^e s. auxquels on peut ajouter le cod. Augsburg, Staats-und Stadtbibliothek 4^o Cod. 126, f. 89r. Il est en tout cas cité comme une autorité en matière d'uroscopie dans un *Tractatus de urinis* transmis par le ms. Vatican, BAV, Pal. Lat. 1177, composé en 1447-48 et originaire de Trèves. Fol. 1r : « Hic incipiunt regule certiores de urinis collecte ex diversis auctoribus scil. Avicenna, Arnoldo de Villanova, Egidii, Ysaac, Alberti de Montepessulano ». Voir aussi f. 7v : « De contentis secundum Albertum de Montepessulano sed cum illo plura alia dicta ab aliis posita sunt ».

⁴ *De urinis*, dans *Practica canonica Ioannis Michaëlis Savonarolae, De Febribus, De Pulsibus, De Urinis, De Egestionibus, De Vermibus, De Balneis omnibus Italiae*, Lyon, apud S. Honoratum, 1560, cap. II, « de coloribus urinae, continens rubricas sedecim », « de coloribus urinae in universali, et de causis et numero earum », p. 661.

⁵ *Ibidem*, « dubitatio VIII », p. 731.

Igneus est color aque zafrani sive crocei multum tinctae

Croceus est ultimus in citrinitatis intensione, qui capillis croci sive zaferani similatur ; et hic tendit valde ad rubeum.

Postea est rubeus clarus, qui assimilatur rosae rubeae clarae valde, ut est scarlata.

Rubeus roseus, qui assimilatur rosae rubeae, quae est vere rubea cum tendentia ad obscurum, et non multum ; cuiusmodi est color dictus cremisino et dicitur vere rubea propter albedinem cui inest color rubeus ; nam talis est color temperati corporis, scilicet permixtus ex albo et rubeo.

Rubeus obscurus est, qui assimilatur sanguini perfecto.

Rubeus pulverulentus est, qui assimilatur sanguini putrefacto extracto ex vena, quam alii Kiano appellaverunt. Et dictus est pulverulentus, quia magis ad nigredinem pulveris et grossitiem tendit : unde videtur sicut sanguis, cui commixtum est pulvis.

Viridis color, ut Avic., sub se species habet quemadmodum citrinus, et sunt numero V capiendos species pro gradibus scilicet physticalis, aeruginosus, ircinus, indicus, porralis. Physticalis qui colori physticorum assimilatur demptis corticibus. Aeruginosus, qui aerugini aeris assimilatur, et est intensioris viriditatis, quam physticalis. Ircinus, qui colori foliorum lili dicti ireos : et hic est declinans ad blavium, ut patet. Deinde indicus, cuius color assimilatur indico : et hic ad intensiorem blaveitatem declinat. Deinde porralis qui similis est succo foliorum porri.

Lividus est color, qui remanet in membro, postquam fuit percussus, aut vestigio facto ex ductu plumbi super pergamento. Color etiam lixivii non multum clari, nec multum spissi dicitur etiam lividus.

Ultimo est color niger sub se gradus vel species habens ut albus. Et sunt niger tendens ad zallum sive croceum, ut apparet in icteritia et citrina, ut si commisceremus caliginem cum aqua.

Alius est niger intensa nigredine cum fuscitate : sicut esset commixtio atramenti cum aqua. Alius est niger qui est niger participans viriditate, ut si cum paucis liquore viridi commisceremus indicum »⁶.

⁶ *Ibidem*, cap. II, *de coloribus urinae, continens rubricas sedecim*, « de coloribus urinae in universali, et de causis et numeris earum », p. 660-662.